



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Buceri & Arnoldi Botii sententia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

360 De CALCEIS HEBRÆOR.

servavit elegantissimus Balduinus, se mihi non probant. An mos iste obtinuerit apud Hebræos veteres, ut Reges, cum urbem aliquam obsiderent, calceum in eam projicerent, in signum pertinacis propositi non solvendæ obsidionis, priusquam urbs sit redacta in potestatem, omnino non liquet. De chirotheca quoque non memini me quicquā legisse. Neque tam vetustis temporibus hæc consuetudo mihi videtur observata. Tum si vel maxime olim viguisset, non tamen ex ea exponendum videtur hoc Davidis dictum. Etenim de proposito sibi subjiciendi universam Idumæam haudquam loquitur, sed de Idumæa jam devicta triumphat.

Gatak.  
loc. cit.

VIII. Doctissimus Gatakerus postquam recitasset Martini Buceri opinionem, qui sic *παρθένοις Edom erit ut locus, in quem abjiciam calceamentum meum*, etiam refert viri eruditissimi Arnoldi Botii sententiam, quam de hoc loco per epistolam sciscitanti sibi aperuit: *Quia pedes loturi homines, calceos ceno aut pulvere infectos non in medio pav-*

pavimento destituere, sed in obscuriorum aliquem ac sordidiorum angulum conficere solent, ideo Edomitas itidem sibi spretos, cum loco ejusmodi vili comparavit, sicuti contra Ies. 22. 24. vir honoratus atque amplae dignitatis, paxillo fixo in loco selectiore, atque e quo pretiosa quæque suspenduntur, confertur.

IX. Est illud verum, quod ad confirmandam hanc sententiam notavit Gatakerus, calceos, pulvere conspersos, vel luto contaminatos, & veteres quam maxime jam attritos, in locum sordidissimum quemvis temere abjici, juxta illud Luciani: Τὰ κανά τῶν ωσθιμάτων τὸ πηγὴ ποὺς οὐ ἐπιμελεῖσθαι. Lucian.  
de Merc.  
Condu-  
ctis.  
πλῆ ἀγαθῶντος, τῶν τῇ κλινῇ πίλεται. Calcei, novi dum sunt, in aestimatione curaque sunt aliqua, at ubi sepius calcati lutoque deformati fuerint, sub lectum alicubi projiciuntur. Sed David hic loqui videtur de vilibus ministeriis, quæ ipsi præstare Moabitæ & Idumæi bello devicti tenentur. Nam cum Moabum dicit esse suum pollubrum, non id dicit, se non pluris æftimare

Q

mare